Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



minis: et etas senectutis uita immaculata. Placens deo factus dilectus: et uiuens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malicia mutaret intellectum illius: aut ne ficcio deciperet animam illius. Consumatus in breui: expleuit tempora multa. Placita enim erat deo anima illius. Propter hec properauit educere illum de medio iniquitatum: quoniam gratia dei et misericordia est in sanctos eius. Et respectus in electos illius. Ad tymotheum.

Rime: Nemo militans deo implicat se negociis secularibus: ut ei placeat cui se probauit. Nam qui certat in agone: non coronatur nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intelligite que dico. Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Ad corinth.

Fes: Benedictus deus et pater domini nostri ihesu xpi pater misericordiarum et deus tocius consolacionis qui consolatur nos in omni tribulacione nostra: ut possumus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortacionem qua exhortamur et ipsi a deo: quoniam sicut habundant passiones xpi in nobis: ita et per xpm habundat consolacio nostra. Siue autem tribulamur pro uestra exhortacione et salute: siue exhortamur pro uestra consolacione que operatur tollerancia earundem passionum. quas et nos patimur. et spes nostra firma pro uobis: scientes quoniam sicut socii passio